



544052

Bierlin Georg
1636 Junius 21





Epitymbia

honorī & memoriæ

Speclatissimi, Præstantissimi, ac

Integerrimi Viri

Dn. GEORGII BIERLINI

in Malendorff & Kaindorff,

**Civis & Mercatoris Vratislavi-
ensis præcipui,**

bonis & honestis omnibus

in vitâ chari,

post vitam desiderati,

Nati Id. LXXXI. Febr. vii.

A. cId. M. D.

Denati Id. c. xxxvi. Junii. xxi.

& in æde Mar. Magdal.

Vratislaviæ

Christiano ritu, eoque honoratiore humati,

posita

à Fautoribus & Amicis.

VRATISLAVIÆ,

Typis GEORGI BAUMANNI.



Defunctus suos alloquitur.



ec mea me conjux, ne chari plangite
nati:

Quòd gelidæ factus præda ci-
busq; neci.

Æterni factum nempe hoc moderamine Fati.

Iros & Cræsos mors facit una pares.

Nec verò luctū aut lachrymas desidero vestras;

Nil cui vita isthæc quàm mera cura fuit.

Multa tuli, & feci: sudavi plurimum & alsi?

Confecit belli me mora longa trucis.

At postquam subitò mundi simul omnia liqui:

Ocia sinceræ plena quietis ago.

Horridaq; haut belli metuens, curæ omnis &

Æthereis pascò deliciis animum. (expers,

Divitiis auctus justo sub nomine vixi.

Divitias habeas sed tibi, Plute, tuas. Nulla

Quippe ego thesauros teneo jam; ærugo nec

Perdere quos, caries nec, tineæve queant.

Quis

*Dr. GEORGI BERNARDI
in Anglorum & Hollandiarum*



in Factoribus & Amicis.

Typis GEORGI BARNANNI.

Queis me nec furum posfit scelerata propago,
Militis harpaces nec spoliare manus.
Hæc pensate mei. Ter ô ille quaterq; beatus:
Quisquis ait sancto pectore: PLUTE VALE!
Aut fluxas ita opes moderari novit & uti:
Cœlestes ut opes usq; flagranter amet.

NICOLAUS HENELIUS,

U. J. D.

Sacr. Cæsar. Majest. Consiliarius,
Ducatusq; Monstbergici ac Ter-
ritorii Franeosteinensis
Pro - Cancellarius.



BIRLIUS exacti, instaret cum terminus, ævi,
Nil, nisi summum, optat, dicere posse vale.
Assistunt lecto Pietas, Charitesq; virumq;
Hæc poscunt terris, vendicat illa polo.
Audit ut hæc, moriens, metæ jam proximus, urget
Mundana in mundo linquere, & astra cupit,
Atq; sui desiderium lugubre relinquens
Cum desiderio cœlica regna petit.

Felix, extremam qui sic componere litem,
Mutatâ in melius conditione potest.

amici charissimi desiderium
testabatur

M. DANIEL HERMANNUS

ad. D. Elisab. pro - Pastor
Sacrar. Literar. Professor

Sife-

Si foret in Medico rectâ ratione medente;
Aut in multiloquâ sedulitate Viri;
Siq; quid arcani posset jaçtantia falsa,
Ignarus medicæ quâ artis abundè scatet.
Nulla foret Fati vis; mortis nulla potestas,
Fata forent votis obsequiosa hominum.
Ast aliter JHOVÆ visum; Fatum imperat arti,
Arcani est fallax, multiloquiq;, fides.
Nempè manet cunctos lex hæc: semel est moriendû,
Quando hora à summo Judice dicta venit.
Felix tam strictæ qui non formidat acumen
Legis, sed dicto huic obsequiosus obit.
Morte etenim placidâ, linquens hanc, transit ad il-
Vitam; quæ verè vita vocanda piis. (lam
Quod de Te, Bierlein! certum conspeximus esse,
Qui fuimus testes, morbi, obitusq; tui:
Atq; hoc, Uxorem, Gnatos, Gnatamq; & amicos
Quod consoletur sufficienter, erit.

deproperab.

TOBIAS PONTANUS

Phil: & Med. D.



Bierlius occubuit, sabulo exanimatus; in altum
Spiritus illius scandit, & astra colit.
Francorum regione satum Nürmberga polivit;
Mercatura Viro nomen in orbe dedit.
Nupsit Ei conjux, Holtzgräfia, fecit Eumq;
Conjugii quatuor partibus esse Patrem.

A 3

Nissa

Nissa sibi Civem adscrivit, dimisit & illum
Cum sacra Pontifici nollet amica sequi.
Sedibus inde suis exul Breslaa petiuit
maenia, qua civem mox voluere suum.
Vixit, honoratos cives inter, bene Civis
felix divitiis, faustus & auspiciis.
Non tamen hanc potuit Crucis expers ducere vitam,
in Cruce cui Christi gloria summa fuit.
Calculus horrendis cruciatibus inguina torquet,
urinæq; suam non sinit esse viam.
O dolor, o labor, o clamor miserabilis! Ægri,
Sint lapides ipsi, quos lapis haut moveat!
Solers cura nihil valet hic, nil herba Medentum,
& gemmas vincit viribus iste lapis!
Fortior accedit Medicus Mors, atq; dolorem
Sistit, & in terram corpus inane rapit.
Hic pellet sabulum, lapidemq; a corpore tollet,
Corporis in cineres ossa resolvet humus.
Dux autem vitæ, subiit qui prælia mortis
Christus, & excelso sidere victor orat,
Corpus rursus animæ junget, vivumq; locabit,
Mors ubi nulla, dolor nec super-ullus, erit.

in beatam p. e. defuncti memoriam
Condolens moestissimæ Viduæ
& hæredibus, app.

JOHANNES Rurhman WratisL.
ad Ædem S. Mar. Magd. in Patria
Diaconus & Sacelli ad SS. Trinitat.
Ecclesiastes.

Attigit

Attigit ut sidus cancri Sol igneus, orbem
Incepit & de climate
Nostro suum deflectere;

Attigit & noster sic disponente JEHOVA,
GEORGIUS BIERLEN suum
Vitæ fugacis terminum.

Undecimum lustrum cum transegisset, in orbe
Et profuisset plurimis,
Suo loco, mortalibus.

Mens excelsa nitet cœli supra astra, DEUMq;
Videt colitq;, quem fide
Constanter hinc amaverat,

Et licet inferiora petat loca, corporis ampli
Moles, & in terram cinis
Quondam revertatur suam:

Attamen indubitata manet spes, hocce renasci
Dein posse corpus, spiritum
Jungiq; posse corpori.


Cum SOL Justitiæ Christus remeaverit ad nos
Et mortuos resurgere
Tubâ canora jusserit,

Molliter interea defuncti membra quiescant.
Et cum piis post omnibus,
Lato resurgant tempore:

At viduam.

At Viduam, Natos teneros, Natamq; benignè
Soletur hïc superstites
Et servet à malo Deus.

THOMAS SCHRÖER J. U. C.
Scabinographus VratisL.



1. So hat nur auch sein Leben
Herr BIERLIN auffgegeben/
Vnd gehet da hienaus/
Woher man nie vernommen
Das jemand widerkommen
in sein verlassen Haus!
2. Ach/ daß der Tod nichts achtet/
vnd dem zuerst nachtrachtet/
der nichts als Jugend liebt:
der seinem Gott vor allen
sich mühet zugefallen/
in dessen Wort sich übt!
3. War doch Herr Bierlins Leben
zuförderst dem ergeben/
Was Gottesforcht beband:
An ihm/ noch zarten Kinde/
verspürets bald Aptschwinde/
Sein liebstes Vaterland.
4. Wie wol er Kunst gefasset/
Unwissenheit geschasset/
Ist/ Nürnberg / dir bewußt:
du zogest

Du zogest selte Jugend
zur Wissenschaft vnd Jugend
Nicht ohn besonder Lust.

5. Drauff/Schlesien/beivogen
du ihn an dich gezogen
vnd so versorget hast;
Daß Er nie kein gedanken/
hinwiderumb in Francken
zukommen/ hat gefast.
6. Getrew an allen Orten/
In Wercken/ wie in Worten/
Zustimmend Herz vnd Mund/
das legte zum Vol. freyen
vnd häußlichen gedeyen
Herr Bierlin seinen grund.
7. Wo Gottes forcht im Wandel/
vnd Redligkeit im Handel/
da nimst die Nahrung zu:
Da kan ein Bürger bleiben
Sein Gutt auch wol bekreiben/
Ist sonst im Lande Ruh.
8. Aus seines Glaubens Schrancken
Gedacht er nie zuwancken/
Bleib GOTT vnd Menschen Trew:
Was Ihm der Waarheit eben
zu glauben war gegeben
Bekandt Er ohne schew.

9. Kein Nachbar dorffte klagen/
Er woll sich nicht vertragen:
Ließ alle ruhig sein.
In Kleidung vnd Geberden/
das alle rühmen werden/
War keiner Hoffarth schelm.
10. Ein herzliches vertrauen
Empfunden beyde Frauen:
Vnd ihr beweinet sehr/
Das/ der Euch treu geliebet/
Fraw Wittib ist betrübet/
vnd nicht versorget mehr.
11. Den vnerzognen Erben
Fällt so des Vaters Sterben
zwar allzufrüh vnd bald:
Doch seine letzte Lehren
die können/ ohn verschren/
mit ihnen werden Alt.
12. Mit sehnlichen anblicken
Befahl er oft/ zuschicken
Zur Schulen alle Drey:
Im Leben wol erfahren/
das hierzu etwas sparen
ein lauter Schade sey.
13. Bey seiner Niederlage
die vollen Dreyzehn Tage
war Herk vnd Mund bey **GOETZ**:

Nur

- Nur seelig wolt Er sterben
des Himmels Güter erben
durch Christi Creuß vnd Tod.
14. Wie groß auch seine Schmerzen
hernach zum Haupt vnd Herzen
herdrungen mit gewalt:
Ward im Gebeth gestärck:
Glaub vnd Gedult vermercket
Bis beyde worden Kalt.
15. O Mensch/ sey Gott ergeben/
führ erbarlich dein Leben/
Hab Glauben/ Lieb/ Gedult/
Ein vnverlegt Gewissen/
Ein wolerlangten Bissen.
Stirbst du? Gott ist dir huld.

Auf sonderlichem Mitleyden/
zu Ehren vnd Gedächtniß seinem
Werthen Freunde/ machts

M. Henrich Klose/
bey der Schul zu S. Eliab.
Con-Rector.

HOspes eras terris, BIERLI; nunc incola coeli
Latus ovas: & num quis Tua fata fleat?
Quin quæ multa premunt nos, duraq; fata fleamus,
Vel magè, quæ facimus quisq; subinde mala.

B 2

Et fue-

Et fuerat, cū nos fati melioris a lebat
Spes: sed quam monstres haut superesse solo.
Omnia in extremam devergunt omnia sortem,
Nec cui sat propriæ cura salutis adest.
Ergo pios cū Tu moreris pius ipse secutus,
Quem nobis nimbū mors Tua Sancta trahet?

fac.

JOHAN. BLAUFUS.



TUMULUS

Ornatissimi Optimiq; Viri

GEORGI BIERLINI

Mercatoris Vratislaviensis.

TU, qui præteriens legis hæc monumenta Viator,
Inspice, quid moneat conditus iste lapis.
Hoc jacet in tumulo BIRLINUS Franca propago,
Moribus, & linguâ, & pectore Francus homo.
Illi parva quidem dedit Aptzelwindia cunas,
Sed vir honestavit mentis honore locum.
Norimberga rudem cultu meliore puellum
Organon effinxit nobile Mercurio.
Hæc Silesiacas juvenem transmisit ad oras,
Exceptum fovit Nissa beata sinu.
Nissa thoros illi latâ Junone paravit:
Hæc thalamo Natos, pignora chara, tulit.
Donec Relligio constantem mitteret urbe,
Bresla pio portas pandit amica suas.

Relligiosus

Relligiosus erat, patria devotus & aris,
Principibus studuit posse placere Viris.
Mercurio favit non dissuadente Camænis,
Nec voluit Natos dogmatibus esse rudes.
Seriuse luxit Vultus, gravitasq; senilis,
Sed quem condidit gratus in ore lepos.
Qui pietate Deo, probitate probabitur Orbi,
Rectior his seculi moribus ille Vir est.

BENE MER.

POS.

CHRISTOPHORUS COLERUS.

Gedenck-Schrift.

W Er unsers lebens bösen stand/
Wit nüchtern sinnen hat erkand/
Dem wird es eine Stadt für kommen/
Die Stürmers hand hat eingenommen.
Da gilt kein Ansehn der Person/
Die schew und schande fleucht davon/
Gewalt gehe bloß vor alle Reche/
Wann Preß gemacht die Kriegesknechte.
Die Häuser stehen in der glut/
Dergossen wird unschuldig blut/
Daß Krauzzimmer wird geschändet/
Der ganze Vorrath wird verschwendet.
Die Kirche wird geplündert auß/
Der Rachtuel / und des Bürgers Haus:
Da hilfft kein Succedienst noch Glauben/
Wann offne Freiheit ist zu rauben.

Wer aber witz vnd sinnen hatte /
Der machet sich aus einer Stadt
Die Hetndlich werden sol beschlossen /
Eh daß man salve hat geschossen.
Nicht anders geht es in der welt /
Da jeder auff die letzte stelle /
Was Gott vnd Obre für geschrieben /
Vnd alles richtet nach belieben.
Da Fürchten wenig ihren Gott
Noch hoher Obrigkeit verbott /
Die meisten pflegen nach gefallen
Im sünden wuste sich zu wallen.
Der Gottes Namen nicht verehrt:
Der Bödelich wort nicht ehut noch hört:
Ein ander stiel / ein Ander teuget /
Wann Jener schachert vnd becreuget.
Der saugt des Armen Harck vnd hein /
Der frist vnd säuffet wie ein schwein /
Der sich in geilen lusten wület /
Der seinen much in Rachgier kület.
Gott / der die Mißthat verflucht /
Die Wbelhäter Zornig sucht:
Er pflegt ein sündlich land zuschlagen /
Durch Pest / durch Krieg / durch hunger / plagen.
Wol dem / der sich zur ruh gelegt /
Eh daß des grimmes wetter schlägt:
Alß wie / Herr Biele / ist dem Erden
Der Argen Sünden welt enworden.

Er hat

Er hatte greuel an der Zeit /
An Bosheit / schalck vnd eitelkeit;
Daß sich die Jungen sampt den Aeltern
Nicht an des Herren wort gehalten.
Er sahe wie die Donner-Hand
Zerschmettert hatte dieses land;
Noch fielen wenig Gott zu fuße /
Dem Vater mit recheschaffner Buße.
Die Rute schlug man in den wind
Die leute worden sinnen blind;
Er sagte / Gott wird garaus machen /
Daß manchem thewer wird daß lachen.
Drumb hat er stündlich seinen Gott /
(Wo eß ihm selig) vmb den codd /
Sich laßen aussen den gefahren
In Abrahames schoß verwaren.
Nun wird er deßen wol gewehret /
Was er von Oben her begehret:
Dieweil er allem dem entgangen /
Was ober vns noch ist verhangen.
Die gluckhenn ihre leuchlein deckt /
Wann ein gewitter sich erweckt:
Der Herr die Seinen führet schlaffen /
Wann er die Sünden welt wil straffen.
Er ist mit Gotte gantz versünt /
Dem er mit seinen Engeln diene:
Er sieht vnd hört dort keine sünden /
Die vnter Menschen hier zu finden.

Dort ler

Dort lebet Er in süßer ruh/
Da alles fröhlich gehet zu
Da niemand wird von Dohde wissen/
Ohn lieblich wesen zugenissen.

Wo Einer / der gegangen hin /
Der Menschen wandel zeuch zu sinn /
So wird der Selige gedencken /
Ach daß die Welt sich wolte lencken!

Ach daß sie fiel inß Vaters hand /
Vnd leschte seines Zornes brand /
So würde Gott der Fromen schonen /
Vnd minder nach verdienste lohnen.

Thut aber ja die Welt nicht reu /
Vnd wird zerstäubert wie die sprew /
So wolle Gott im grimme erlösen
Die Fromen von der qual der bösen.

Wie er den Noa hielt in hute
Im Kasten / vor der Sündenflut :
Wie weiland ward sein Herß gerühret /
Daß er auß Sodom Loth geführet.

So hat er noch den Vatersinn /
Vnd eh er fortstellt den beginn /
Wird er die Seinen schon zusammen
Zu sich entreissen auß den Stammen.

Idem.



Qui

Qui lustra vixit Birlius undecim,
Se luce quavis novit Ephemelum,
Herba fugaci comparatum,
Quæ, puto, Solstitialis Umbro.

Quod novit, ipso tempore Solstiti
Vidit futurum coelitus, indies
Crescente morbo. Mens supernè
Docta videre potest Futurum.

Elisabetha lumina gemmulis
O lacrumarum non redimentia
Vitam Mariti, quam videtis
Visa repente probata lapsu.

O trina Proles mascula, quam Pater
Desideratus mente sacra verat
Manuq; largã Literis! ò
Gnata nitens Aretes amictu!

Quàm triste vobis Sandapilæ nigror!
Quàm luctuosæ cuncta gemunt domûs!
At tempori, cum prole, Mater
Mœstatiem gemitusq; sistant.

Non

Non urget illum Solstitii calor,
Non extimendus corripiet dolor,
Inter Beatos qui tuetur
Justitiæ sine fine Solem.

ΣΥΝΕΛΥΣΗ
Breslæ in
transitu
HENRICUS CLOSIUS,
Scholæ Glogov. August.
non ita pridem Con-Rector.

*Lux ubi vergentis fulsit ter - septima Mensis,
Constitit in summo fessus Apollo Polo.
Vectus enim retrò - ad - gradientis sidera Cancri,
Haud, ultra quò post progrediatur, habet,
Solstitium Docti vulgari id nomine tempus,
Scilicet à Solis sic Statione, vocant.
Hoc cum Solstitio, instabili Statione relicta,
(Maluit aternâ nam Statione frui :)
Abstitit humana fessus certamine vita,
BIERLIN, nunc summâ tutus in Arce Poli.
Heic securâ Quies. Heic letos ille Triumphos
Victor agit, nec, post quod vereatur, habet.*

MATTHÆUS Hallmann.

Ad

Ad Superstitem Solandam.

Wiß denn auch in kurzer Zeit/
Unversehens in die Erden
Ewer Herz verschlossen werden?
Ach daß Ziel der Sterblichkeit
Kan ein jeder bald erreichen/
Du must/Mensch/vnnd Ich verbleichen.

Der der Krancken Glieder Pein
Nur vor wenig Zeit vnd tagen
Erst begunte zubeflagen/
Muß jzt eine leiche sein.
Ach was ist doch vnser Leben/
Alß in Sterbensforchten schweben?

Ist denn des Machaons kunst/
Des ergrimten Todes Rachen
Vnnd dem Charon seinen Rachen
Auffzubalten gar ombsen?
Können vor des Todes wütten
Keine Thränen vns behütten?

G ij

Ach der

• Ach der Trauereißwertthen That! / A
Wann sich Herz' vñnd Herze scheiden/
Wann man entlich sol vermeiden
Was man vorgeliebet hat!
Solte man wol ohne flagen
Können den verlust ertragen?

Zwar wenn wir nur weiter sehen /
Alß worauff der Pöfel schawet /
Der auff Gegen warth nur bauet /
Ist Ihm mehr alß wol geschehn /
Der mit Seuffzen zwar der Erden
Heute wird vertrauget werden.

Vielem Vngelück vñnd noth /
Die auff vnß noch möchte kommen /
Ist er sehliglich entnommen.
Wohl den ein gewünschter Todt /
In den Port deß Himmels führet /
Daß er wenig Klippen rühret.

Sigmund Grasse.

~~~~~  
Ara

## Ara Pietatis

*adstructa*

Epitymbiis Fautorum. M

### I.

O dolor! ô lacruma! Nuper recolenda fuêrunt  
Nomina; nunc charo Justa paranda Patri.  
Vovimus alternis Nati bona quaq; loquelis:  
nunc Votum largas liquitur in lacrimas.  
Viximus hoc tempus Patriæ sub tegmine curæ:  
nunc Patris exsortes. O dolor! ô lacruma!

Præ queis plura vector

GEORGIUS BIERLIN,

Junior.

### II.

Dum lacrimas inter nostras, renunq; dolores,  
ESSE Pater noster cessat, & esse Pater;  
Pra lacrumis pauxilla queo; pauxilla vovebo:  
nè cesses noster, mi Deus, esse Pater!

Super obitu, vel veriùs abitu  
charissimi Parentis mei  
sic ingemisco

JOH. GEORGIUS BIERLIN,  
Filius.

C 3

Me



III.

**M**eminimum natu Natum sine Patre relinqui;  
Tu nōsti, cœlos qui moderâre, Pater!

Ita suspirat

balbuciente lingvâ

HENRICUS BIERLIN,

Filius.

IV.

**I**ntegritas, Rectumq; tuum me, Christe, gubernent:

*sepius auditum est, ingeminare Senem;*  
*quem fera nephritis ferali condere tumbâ*  
*nunc jubet; & Fatis cedere, quicquid habet.*

*Quem tulit Aptschwindum, quem Noris Franca polivit,*  
*quem Breslæ Civem splendida Nisla dedit:*

*quem thalami gemini septenâ Prole beatum,*  
*largiter adjectis auxit JÖVA bonis;*  
*ex multis multum præ multis laudis haberet:*

*Sed sat ab integro pectore laudis habet.*

*Consule, qui pectus cognorunt; consule Famam;*

*Dices: hâc tumbâ conditur Integritas.*

Patroni & Hospitis

piæ memoriæ

litaturus scr.

VALENT. KLEINWECHTERUS,





Episagmata  
Epitymbiorum Bierlianorum  
expectatione seriùs  
oblata.





BIERLINO terris horam venisse supremam,  
Idem, qui doleo, gaudeo jure mihi.  
Nam cur non doleam, egregium cecidisse virorum,  
Quem garvusa suo est Bresla fovere sinu?  
Cui Pietas fuit, inq; Fide Constantia cordi,  
Terrea despicens, caelica suspiciens.  
Cui nil invisum magè, quam tectoria lingua  
Fallacis; Pectus cui nive candidius.  
Qui fortunæ opibus divino munere florens,  
De multis studuit per-meruisse-bene.  
Cur non idem etiam læter, discrimina secli,  
Quæis BIERLINE cares latus in axe, notans?  
Fingito mente ratem, passim quæ fluctuat alto,  
Ludibrium Borea triste, marisq; pila,  
Terret vectores extrinsecus ætheris ira  
Fulminibus, venti murmure, pontus aquis.  
Prælia sed gladiis intus miscentur iniquis:  
Per totam eduntur funera crebra ratem.  
Qui tractare gravis cupiant moderamina clavi,  
Sexcentas remoras, queis retrahantur, habent.  
For san pacificus quisquam mulcere furentes,  
Atq; intestinam suppressere ausit Erin.  
Præmia sed talis præclaro indigna labore,  
Invidiamq; hominum certam, odiumq; refert.  
Interea piratarum de gente quis, olim  
Thracia de raptu vivere quem docuit;  
Aspèctat tacitus procul, exsultatq; videndo,  
Nautarum vires seditione teri.

Humanis

Unanimis olim fuit insuperabile robur:  
Nunc se ipsi jugulent; mox ero victor, ait.  
Navigii istius properantem evadere cladem,  
Si quis vectorum, Numine dante, queat;  
Si placidum portum, aut tutam contingere terram;  
An non felicem hic se putet esse satis?  
Fortunate senex BIERLINE, tibi obtigit isthac  
Prosperitas, rectâ rem modò lance putes.  
Quom nunc pingebam, terra est Germania, navem:  
Hac quisquis vehitur non miser esse nequit.  
Cui non à prorâ & puppi peritura videtur,  
Tempore quam tanto civica bella premunt;  
Quis damnum vè dolet præsens, metuit vè futurum,  
Nec simul advertit, vivere triste sibi?  
Res felix Sparta quendam olim dicere jussit.  
In solâ Spartâ consenuisse juvat.  
At nos infelix Patriæ res dicere cogit:  
Solâ in Teutoniâ nunc obiisse juvat.  
Te certè jurvit, BIERLINE, obiisse, teventem  
Post fluctus, celsi littora tuta poli.  
Nunc tibi parta quies, omnisq; in Numine portus;  
Vivere nunc omni te sine fine juvat.

Honorificæ Memorix nunc-Beati BIERLINI,  
Amici ac Fautoris singularis, l. m. q; dabam  
M. ELIAS MAJOR P. L. C.  
Gymnasii Vratislaviensis Rector  
& Professor, cæterarumq; ibidem  
Scholarum Inspector.

Nil hic



**N**il hinc Saxifragum, Linaria, lenta Genista,  
quid valet; in stibio nilq; valoris inest;  
Indubia una Salus Domini, divina voluntas  
quod vult, hoc fieri lex jubet una Dei:  
Contigit hoc unum, quod lex adamantina fixit,  
Felicem lex hæc quem requiete beat.



f.

SAMUEL KINNER

*Phil: & Med. D.*





